

**IBYCI RHEGINI
CARMINUM RELIQUIAE,
QUAESTIONUM
LYRICARUM, LIBR. I**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649172795

Ibyci Regini carminum reliquiae, quaestionum lyricarum, libr. I by Fr. Guilh Schneidewin

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.

Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

FR. GUILH SCHNEIDEWIN

**IBYCI RHEGINI
CARMINUM RELIQUIAE,
QUAESTIONUM
LYRICARUM, LIBR. I**



Trieste

Schreidew.

IBYCI RHEGINI

CARMINUM RELIQUIAE.

QUAESTIONUM LYRICARUM

L I B R . I

S C R I P S I T

FR. GUILH. SCHNEIDEWIN, PHIL. DR.
HELMSTADIENSIS.

PRAEFIXA EST EPISTOLA

CAROLI ODOFREDI MUELLERI

G O T T I N G A E,
S U M P T I B U S G. K U E B L E R I
M D C C C X X X I I I.

CHR. G. MITSCHERLICHIO.

LUDOLPHO DISSENIO.

C A R O L O H O E C K I O.

PRAECEPTORIBUS GOTTINGENSIBUS.

S A C R U M.

Caroli Odofredi Muelleri
epistola missa

a d

Frider: Guil. Schneidewinum.

Quod tu, iucundissime Schneidewine, Ibyci
tui pagellas singulas et prelo, ut dicitur, etiam tum
madentes primo mihi transmisisti: id mihi pergra-
tum accedit. Nam expertus sum, quod nunquam
sine gaudio experior, discendum nobis saepe esse
ab iis, quos modo docuimus, et mutuae quodam-
modo institutionis hunc esse nostrum iudicium. Quod
ut nobis, philologiae magistris, imprimis experium-
dum sit, facit tum studiorum nostrorum multiplex
genus, et camporum, in quos excurri potest, di-
versitas, tum eorum, qui his studiis vacant, mens
longo iam usu a pueris inde exercitata, et, cum
ad altiores scientiae gradus perventum est, ingenii-
tum sibi igniculum celeriter saepe ostendeus. Nunc,
ut beneficium apud me collocati gratias tibi referam

eas, quae cum ipso tuo beneficio coniunctissimae sint, primus ego tuis lector eos, qui me sequentur, in legendu tuo libro ita iuvare studebo, ut, quo primum animum adverte re conducat, statim in limine intelligent.

Quid autem est, quod, cum fragmenta ruinae, qua literarum Graecarum magna pars, et omnium maxime lyrice poesis, afflita est, colligimus, ut effici possit, unice cupimus et optamus? Nonne ardenti commovemur desiderio, clarissima ingenia, quorum integra scripta nobis invidit aetas, mente et animo ita complectendi, ut illi in ordinem quodammodo redigantur eorum scriptorum, quibuscum tanquam superstibus hodieque aetatem agere licet, utque, qui nunc nihil nisi nomen et umbram habent, et Homericorum instar idolorum inter manus prehendentium in auras dilabuntur, postquam vivo sanae doctrinae sanguine eos aluimus, corpus et animam denuo accepisse videantur? Quodsi ex fragminibus illis sedulo collectis et inter se comparatis ac cum similibus antiquitatis operibus collatis, parique argumentorum et verborum cura illustratis, ea poëmata quo filo deducta fuerint, et poëtarum quae fuerit indeoles, qui pectoris sensus, quae summa artis praecepta, intellectum erit: non hos solos scriptores melius cognoverimus, sed etiam ab eo scopo, quem tanquam bonorum finem in

studiis nostris spectamus, ut Graecae nationis humanitas quibus progressibus creverit et qua lege exulta sit variasque induerit formas, intelligatur, denique ut, in alienos animos tanquam in speculum intuentes, nostri ipsorum animi naturam et fines penitus introspiciamus, proprius iam aberimus. Hoc autem qui studiis illis non aliquatenus effecerit, is me indice nihil effecerit.

Tu, mi Schneidewine, in Ibyeo tuo id certe iam assecutus es, ut quenam locum hic inter Graecos poetas teneat, et quibus virtutibus eius poesis emicuerit, multo melius intelligi possit, quam adhuc intellectum fuerat. Ac primum quidem omnes, puto, laudabunt, quod Ibycum cum Stesichoro ita coniunxisti, ut hos unam lyricae poeseos sectam in Magna Graecia florentem secutos esse appareat, sicut Simonides et Bacchylides eiusdem Ceae disciplinae alumni sunt. Etiam hoc tibi assentio, hanc illorum poëtarum cognationem primariam fuisse caussam, ut exquisitoria quaedam verba et rariorū fabularum mentio a gramicis testibus modo Stesichoro, modo Ibyco adscriberentur: quippe quae apud nimirumque inventa essent. Quanquam propter hanc ipsam eorum similitudinem etiam dubitatum esse videtur de carminibus nonnullis, Ibycine essent an Stesichori, quo fieri poterat, ut argumenta et verba, quae semel tantum in